



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Simeon de Espinosa n. 36

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

## AB HIERONYMIANIS.

35. **A**B HIERONYMO GARCIA Priore Regij Conuentus  
S. Engratiæ Cesaraugustani Ordinis Desnitore, ac Scrip-  
tore nouissimo Tom. 1. Polit. Regular. Tract. 1. difficult. 4. dub. 5. n. 8.

Societas  
illustris  
Religio.

Eius finis,  
approbatio,  
& incre-  
mentum.

Illi pluri-  
mum Ec-  
clesia, ac  
Regularis  
status de-  
bet.

In quarto (inquit) Religionum Mendicantium loco numerari potest Societas IESV. Religio adeò illustris, uti totus orbis percipit, ac videt. Eius finis est, ut dicitur in eius Constitutionibus cap. 1. examin. §. 1. non solum in propriam, sed etiam in salutem proximorum incumbere. Regulam specialem non habet præter Constitutiones, & leges, quas reliquit S. Ignatius Fundator. Eas approbavit, & Religionem confirmavit Paul. 3. anno 1540. Julius 3. ann. 1550. Greg. 13. an. 1584. Tridentinum Sess. 25. cap. 16. Incrementa huius magnæ Religionis, obsequiaque quæ in Ecclesiam præstitit, ex se patent. Aliqua habet in suo regimine ab alijs Religionibus diuersa: cui multum status debet Regularis ob magnam in spiritualibus, & temporalibus politiam. Hæc ille.

36. \* **A** SIMONE DE ESPINOSA Priore, ac Theologiae Professore in Regio Conuentu Granatensi, & S. Officij Qualificatore, in approbatione vitæ S. Ignatij per P. Andream Lucam (in Scriptura Sacra Magistrum meum Granata etiam colendissimum) excellentiori exarata penicillo. Ibi laudato pro dignitate Auctoris opere, his ferme verbis finem facit. Dignum Opus homine Societatis: poterunt (& quidem iure optimo) tum Auctor, tum eius Sacra Religio sibi certo polliceri hunc librum typis mandatam operarium fore longe diligentissimum, & eloquentissimum Orationem inter omnes, qui iuxta sanctissimum Institutum animas Deo conciliant.

Eius San-  
ctissimum  
Institutum  
animas  
Deo concili-  
ans.

37. **A** MICHAELE PALAIN Sacrae Theologiae lectore in Regio B. Engratiæ Cesaraugustano Monasterio, diuini verbi declamatore ac Scriptore nouissimo, in Tractatu Appendice de Ioanne Cassiano